



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Exemplar.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

legitima, quia tollit legem, & est eius interpres.

6. In quolibet casu prætermittens facere quod lex imponit, excusari potest à peccato saltem mortali, quamvis non semper à veniali, si hoc facit bono animo virtute epicheiæ, sine contemptu, ratione alicuius periculi, necessitatis, seu circumstantiæ consideratæ; putans se non peccare mortaliter, paratus nullo modo facere, si putaret esse mortale. *Vide dispensatio quoad vota.*
art. 2.

EXEMPLAR.

Deductum ex originali licet iure non valeat, nisi citata parte, cuius interest, saltem edictio generali: hoc tamen non habet locum apud Minorum. Voluit enim Leo X. quod transsumptis quarumlibet literarum Apostolicarum Fratribus Minoribus Observantiarum concessarum manu Notarij publici subscriptis, sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticae, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibetur in iudicio, vel extra, quæ ipsis

ori

E X E M P T I O . 173

originalibus haberetur. tom. 1. q. 8.
art. 17.

Iudex potest procedere contra omnes se se opponentes Fratribus Minoribus de Observantia , secundum rigorem alicuius clausulæ sibi exhibitæ , & à Notario fideliter extractæ ex mari magno , & aliis quibuscumque in posterum concedendis, ex Leone X. ibidem.

E X E M P T I O

quoad sacerulares.

Vide Conueniri , Benefactores,
Familiares , Tributum.

Personæ Ecclesiasticæ , & Religio-
sæ sunt iure diuino exemptæ à sacerdotali iurisdictione , sed bona eorum sunt exempta tantum iure humano , dictante tamen naturali ratione. tom. 2. quæst. 62. art. 2. & quæst. 65. art. 2.

Iudex sacerularis potest sequestrare triticum etiam Religiosorum tempore maximæ necessitatis communis , pretio taxato sibi dato , modo tamen eis relinquat ad sufficientiam , tam pro se quam pro suis,